



Disputatio juridica inauguralis continens quasdam illustriores juris positiones ex variis juris materiis decerptas

<https://hdl.handle.net/1874/342132>

30.

D I S P U T A T I O J U R I D I C A
I N A U G U R A L I S,

Continens quasdam illustriores juris posi-
tiones ex variis juris materiis decerptas.

Q V A M,
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.
Ex Auctoritate Magnifici Rectoris,

D. M. JOANNIS LUYTS,

Philosophiæ Doctoris, ejusdemque Facultatis in Inclytâ Academiâ
Ultrajectinâ Professoris Ordinarii,

N E C N O N

*Amplissimi Senatus Academicī consensu, Nobilissimeque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

P R O G R A D U D O C T O R A T U S,

Summisque in UTROQUE JURE honoribus & Privi-
legiis rite, ac legitimè consequendis,

Eunditorum Examini subjicit,
GERARDUS HASSELAER, Hagæ Batav.

A. D. 27. Aug., hora locoque solitis.



T R A J E C T I ad R H E N U M ,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clc lcc LXXXVIII.

Clarissimo Gravissimoque

V I R O,

D. HENRICO HOOFT,

J. U. D. ac rei Publicæ Amstelodamen-
sis rerum Maritimarum Senatori & Æra-
rio Sacratissimo Fratri ac tutori meo
omni honore Colendo.

U T E T

Amplissimo Spectatissimoque

V I R O,

D PETRO VAN DAM,

J. U. D. Indiæque Orientalis Societatis
Causarum Patrono disertissimo, Pa-
tru & tutori meo Reverendo.

Hacce Theses Inaugurales.

D. D. D.

GERARDUS HASSELAER,

Auct. & Resp.



DISPUTATIO JURIDICA

INAUGURALIS,

Continens quasdam illu-
strieres juris positiones ex variis
juris materiis decerptas.

THEISIS I.



Obilis quæstio est, an dolus dans causam contractui bonæ fidei, eum reddat ipso jure nullum? Quæstio hæc agitata fuit intra Citramontanos & Ultramontanos, quorum illi affirmant bonæ fidei contractum, cui dolus causam

A 2

præ-

4 DISPUTATIO JURIDICA

præbuit, ipso jure nullum esse; hi vero negant. Nos vero hic Citramontanorum castra sequemur, l. 7. ff. de dol. mal.

I I.

Quemadmodum & illud non levis est dubitationis, an Princeps vi suæ majestatis possit alicui jus quæsitum auferre? negantium sententia placet. l. 2. §. 10. ff. ne quid in loco publico. l. 16. C. de transactionibus, huc etiam facit l. 2. 3. & 7. C. de precibus imperat. offerend. l. fin. C. si contra jus vel utilitatem publ.

I I I.

Neque hæc mihi prætereunda erit quæstio, an princeps ex plenitudine suæ potestatis, criminosis veniam delicti dare possit? Res distinctione mihi expedienda videntur, vel agitur de levioribus delictis, & hoc

INAUGURALIS.

hoc casu mihi arridet affirmantium opinio;
huc facit. *l. 7. C. de precib. imper. offerrend.*
vel agitur de delictis atrocioribus, id est
jure naturæ vel gentium damnatis, & isto
Casu negantum sententia placet. Vide *Genes.*
Cap. ix. versiculo vi. nisi subsit justissima causa
pœnam mitigandi vel Remittendi.

I. V.

Quæsitum est, an Præscriptio locum ha-
beat in Criminalibus? affirmantibus adstipu-
lor, quia Criminis accusatio odiosa est;
ideoque omnia Crimina viginti annorum ex-
ceptione excluduntur, nec sunt quæ non
vicennii lapsu tolluntur. *l. 12. C. ad leg. Corn.*
de falsis, ut & *l. 3. ff. de requirendis vel ab-*
sentibus dammandis.

V.

Etiam illud mihi discutere libet, an tutor

A 3

in

DISPUTATIO JURIDICA

in testamento ex certo die , & ad certum diem , vel sub conditione dari possit ? mihi vero arridet affirmativa sententia , §. 3. *instit.*
qui testamento tutores dari possunt , l. 11. ff.
de testamentaria tutela.

V I.

Illud etiam non satis explorati juris est ,
an in tutela filiorum appellatione veniant nepotes : id est an tutor datus filiis , censatur , & nepotibus esse datus ? negantium sententia placet . *l. 6. ff. de testam. tut. §. ultimo instit. qui testamento tutores dari possunt.*

V II.

Disputant quidam , an thesaurus in sacro , vel religioso privato loco inventus , cedat inventor ? quod videtur affirmandum ,

INAUGURALIS. 7

dum, uti aperte traditur, in §. 39. *instit.*
de rer. divis.

VIII.

De eo non satis convenit inter Doctores, cui juri testamentorum origo sit adscribenda? quod quadam distinctione mihi erit expediendum, nam si simpliciter & indefinite consideretur, usus testandi ex jure gentium est, si vero specialiter ac definite, ex jure Civili. Inde Doctores originem testamentorum ad jus Gentium, formam ad jus Civile referunt. Huc facit *I. i. C. de Sacr. sanct. Eccles.*

IX.

Illud etiam mihi examinandum videtur, quo tempore expiret ususfructus Ecclesiæ vel reipublicæ relictus? ego vero existimo eum spatio centum annorum finire, quia finis

8 DISPUTATIO JURIDICA

finis vitæ longævi hominis est. l. 56. ff. de ususfruct. nisi interim Civitas aratrum passa fuit. l. 21. ff. quibus modis ususfructus vel usus amittitur.

X.

Neque etiam hoc prætereundum, an mulier possit esse testis in testamento? quod negandum puto §. 6. instit. de testam. ordin. & l. 20. §. 9. ff. de his qui testam. facere possunt. Verum in Codicillis eam esse admittendam censeo.

XI.

Elegans quæstio est, an periculum rei venditæ emptione perfecta, & re nondum tradita, spectet ad emptorem, an vero ad venditorem? ad emptorem spectare placet sententia, constanter à veteribus tradita, uti patet ex l. 7. & 8. ff. de periculo & commodo rei venditæ.

XII. Non

INAUGURALIS.

XII.

Non levioris momenti est quæstio , an exceptio non numeratæ pecuniæ , post biennium locum habeat , si reus probare velit pecuniam sibi non esse numeratam , negantium Castra sequor . l. 8. & 14. C. de non numeratæ pecuniæ . quia alias nullus foret Contractus literarum , nec ullus effectus Scripturæ , quam ad solam probationem .

XIII.

Variant Doctores , an judex teneatur judicare secundum Conscientiam , an vero secundum acta & probata ? mihi vero consultius videtur , hoc casu judicis officium depонendum esse . Judex quidem tenetur judicare secundum acta & probata , sed sine læsione Conscientiæ .

B

XIV.

IVX

X^o DISPUTATIO JURIDICA

XI V.

Dubitatur, an Cæcus judicis officio fungi possit: sententia affirmativa verior videtur. *I. 6. ff. de judiciis. I. 1. §. 5. versic. caus. ff. de postul.* ratio est quia juris peritus esse potest, deinde quia non corporis, sed mentis cæcitas, judicandi facultatem adimit.

X V.

Illud etiam perscrutandum erit, an homine in rixa occiso si ignoretur cuius ictu perierit omnes capite sint plectendi? quod & negamus, quia præstat in dubio nocentem dimittere, quam innocentem condemnare *I. 5. & penul. ff. de pœnis*, huc etiam facit. *I. 47. ff. de oblig. & alt.*

XVI.

I N A U G U R A L I S. ID

X V I.

Quæritur, an fur nocturnus, si se telo non defendat, jure occidatur? quod negandum puto, huc facit. *lex. 9. ad l. Corn. de sicariis.*

X V I I.

Disputationem hanc concludemus eleganti quæstione, an debitori, qui fortunæ vitio, facultatibus lapsus, omnibus bonis cessit si ad meliorem fortunam pervenerit beneficium competentiæ concedatur? quod affirmandum videtur, §. ult. *instit. de act. l. 6. ff. de cessione bonorum*, & præterea *l. Nullia liberatur à carcere. l. 1. & 4. C. qui bonis cedere possunt.*

F I N I S.

I. V. X.

Quisquis e' ne' più logorante, e' il che solo
non desidera la sua esistenza; dunque non
può dirsi, più forte, nulla, se non è questo
desiderio, che non ha fine.

Dibattitissima presso concubinanza di
segni d'appassione, sia propria dei femini
ma, secolarmente, libri, opinioni, poesie
certe, e' ad meijoriori tolleranza dissidente per
degli uomini concubinitate coniugium si dicono
dissimilarescere alij, altri, però, non lo dicono.
E se ille, che collocas ponet, e' ad honestam, et
debetiam promissum a' concessis. A. G. C. dico
quod est deinde.

I. M. I. S.